

182.

BEATA NATALIA
SENI EMERITO
V I R O

Plurimum Reverendo, Clarissimo
atq; Doctissimo

D O M I N O
MICHAELI
RINGELTAU-
B I O,

Ecclesiastae Neapolitano apud Thorunens.
meritissimo,

In choro Angelorum celebranti,
Cum

Placida morte D. 15. April. A. 1514.

Exhaustis aetate & laboribus sacris viribus sopiretur.

Ac

Dominica Jubilate,
Ipsa natali Sacerdotii Thorunensis die,
Solenni ritu contumularetur,
Applaudere, & afflictos moerore solatio erigere
cupiebant

RECTOR ET PROFESSORES THORUN.



T H O R V N I I ,

Impressit Ioan. Nicolai, NOBIL. SENATUS & GYMNASII Typographus.

Est Schola nil aliud, quam dulcis Musica nervis
Multisonis mentes quae recreare solet.
Hic tot miscentur discrimina savia vocum
Perrumpuntque auras mille modi fidium.
Et tamen exacte vox congruit ima supremae
At concors mediis haec fit et illa sonis.
Digitus artificis recti vocalia fila
Pulchro concentu sic moderatus agit.
Multifidi ut sonitus placeant geniisque Deoque
Effrenesque animos molliat ille canor.
De saxis homines Orpheus sic reddidit olim
Saxa ferox animis & rude vulgus erant.
O quam corda rigent probris mortalia saxis,
Praeceptis tantum quae cicuranda bonis!
Mox gravius levius mox exercenda videntur
Ceu psallit sensu pulsata fides vario.
Nostra cohors, minor est Schola, verum Ecclesia maior,
Haec curat cunctos, altera sed teneros.
Vtraque demonstrat laeti praeludia coeli
Quomodo sancto sint ora canenda Deo.
Sic sua constanter quanquam permista dolore
Pro pietate tamen jubila grata facit.
Hocce, Beate, tuo perfunctus munere quondam
Quinquaginta annos, mysta probate Deo.
Iubilus annus adest magnus, non omne vano,
Cum pia decantat iubila sancta cohors.
Ecce dies natalis adest, nam munera illa
Suscepit Thornea praebuit auspicium.
Pabula prima dabas inter tunc iubila lingvae,
Nunc tua sancta cohors iubila concelebrat.
Non meliora parare potes natalia, quam nunc
Inter sanctorum iubila Iova facit.
Mulceat angelici cantus nunc gratia mentem,
Quae fuit in terris dedita semper ei.

Honoris & solatii causa fer.
M. P. IAENICHUS, Gymn. R.

Lector,
Ordinem Mortalitatis non contemnens,
Cognosce ex hoc Monumento mortalitatis
Theologum,
Licit pius, humanus & doctus fuerit,
Omniaque ut decenter & ordinatim in Ecclesia fierent laborarit,
Ordinem tamen Naturalem in Mortalitate sua non observasse,
& nihilominus inter Ordines immortales esse receptum redditumq; immortalem
Nam ordo est Mortalitatis
ut filius comprimat oculos patris,
Exemplo Josephi & ritu prudentissimorum popolorum;
Noster vero Beatus
Filio suo plurimum reverendo & perdocto,
Eique unico & unice dilecto,
Fatis ordinem mortalitatis turbantibus,
Munus lacrymatum contulit tristis,
Ipsum que non antecessit, quin potius inverso ordine secutus est in Immortalitatem.
Ordo

Ordo præterea est Mortalitatis,
ut consentiente Psalmo XC. vers. II.
Anni vitales ad LXX. vel LXXX. numerum
fluere ruereque debeant tantum;
Sed Noster Beatus
hanc quoque veritatem superavit,
& Spiritum ad LXXXII. annum usque traxit, non duxit.
Non enim est vivere, sed valere vita,
Et:
Bis moritur, qui diu moritur.
Admiramur Viros quosdam doctissimos,
Qui dum tractant papyrum, papyracei fieri plerumq; solent,
inter Meditationes negotiaque ardua
Non solum LXXX. sed etiam XC. & quod magis C. annum excepsisse vivos,
Sic

Theod. Beza, Phil. Camerarius, Theoph. Raynaudus, Annos LXXXVII.
Scip. Claramontius, Carolus Butlerus, LXXXVIII.
Bernh. Castorius, Mich. Rennigerus, LXXXIX.
Franc. Junius, Petr. Molinæus, Joh. Mariana, Phil. Harderus, XC.
Thom. Hobbes, Sebalt Salellus, XCI.
Mart. Grat. Gerlichius, Jac. Sirmondus, XCH.
Hubertus Wiltheim, XCV.
Thom. Finckius, Joh. de Guevara, XCVI.
Nicolaus Pavillonius, XCVII.
Ferdinandus de S. Jacobo, C.
Robertus Constantius, CIII.
Johan. Lopez, CVIII.
vixerunt.

Verum enim vero:
Ut satis vixerimus, nec anni, nec dies faciunt, sed animus & virtus;

Et:
Mors optimum inventum est Naturæ, omnibus finis, multis remedium,
quibusdam votum,
De nullis melius merita, quam de his, ad quos venit antequam invocaretur.
His lectis Lector I, Licet,

Et Memoriam
B. MICHAELIS RINGELTAUPI
Theologi & V. D. Ministri apud Thorunenses optime meriti
Inter Macrobius & Beatos
recole pie & humane.

Luctus causa f.
G. P. Schulz/ D. & P. P. O.

Si quisquam meisto dignus post funera fletu,
Emeritus noster, quod scio, dignus erit.
De grege præclare meritus, pastorque fidelis,
Emeritus facri pulchra columna chorii,
Doctrinæ fulcrum, fuerat columenque probatæ
Dispargens pura Christida mente fidem.
Doctus erat, cordatus, erat, pollensque favore
Multorum, vera Vir pietate micans.
Ingenui priscique typus, candoris imago,
Firmatus sanctis moribus atque fide.
Hinc dignus fuerat Pyliam superare senectam,
Dignus Methusalæ vivere posse dies.

Hinc

Hinc deflere chorum nostrum quoque fata sequentem,
Et res mutatas, ipsa iubet pietas.
Et licet ingrato nova sit qui lugeat orbi
Ereptum, lugent Musa, fides, pietas.
Sed quid conductit multis renovare dolorem?
Nil lamentari nocte dieque iuvat.
Inflictum est præsens a summo Numine vulnus,
Illud solamen ferre salubre potest.

Sic lugens precatur
REINHOLDUS FRID. Bormann /
Phil. Mag. & Prof. Publ. Ord.



Wiernym Pasterz Naywyzszy w tym przyobiecaniu
Zawsze jest, y ku pewnym tego wykonaniu,
VVszeczmocnym pokazuiesię czazu kazdego.
Ten bo przyrzeksy wedlug swego slawa cnego;
Tych, co się na pastwisko Duchowne udaią,
VVierny Pasterskiey pieczy iego poruczaią.
Posilać Duszy, niemniey prowadzić scieszkami
Sprawiedliwości, tudzież ich nasycic dniami
VVzyciu długimi, ba ywcieniu smiertelności
Bez boiażni przewiesić swą rękę ku wieczności,
Toż samo zisćił na tym Pasterzu swych owiec,
Ktorego pokrywa dzis iuz ciemny grobowiec
Pośtarwionym ten będąc w Kaplańskim urzędzie,
Wiernie Panu swemu w nim się sprawował wszędzie
Przetoż go przez połwieku kościołowi chował,
VVstarości wielkiej Niebem potym udarował.
Przecięt ten czynny Pasterz nigdy nie umiera,
Bo cnota iego zywa z śmiercią się uciera,
Dusza zaś bez przestanku w Niebieskiej radości
Opływa, widząc Boskiej zawsze przytomności.

MICHał BOGUSLAW RUTTICH
P. P. Extr.

os(O)sc

3864